



# Disputatio juridica undecima de appellationibus

<https://hdl.handle.net/1874/340968>


DISPUTATIO JURIDICA  
UNDECIMA,  
DE  
APPELLATIONIBUS.

QUAM  
Favente Deo Opt. Max.

PRAESEDE

*Clarissimo ac Consultissimo viro,*  
**D. ANTONIO MATTHÆO J.U.D.**  
 Celeberrimo, & in almâ Ultrajectinâ Aca-  
 demiâ Professore ordinario, Præ-  
 ceptore suo honorando.

*Publicè proponit*  
**CASPARUS à PANHUYSEN.**  
*Ad diem 13. Febr. styl. vet. horis locoqne solitis.*



ULTRAIECTI,

---

Ex Officinâ Ægidii Roman, Academ. Typo-  
 graph. Anno M. DC. XXXIX,

*Antiquo splendore generis, & virtute propriâ  
nobilissimis viris,*

D. CASPARO à VOSBERGHEN,  
Equiti Aurato, in Consessu Potentissimo-  
rum Ordinum Generalium Federatarum  
Belgii Provinciarum Deputato ordinario,  
Patrio omni observantia semper colendo.

D. DAVIDI GODIN, Satrapæ in Ha-  
gesteyn.

D. IACOBO GODIN, avunculis suis  
omni honore prosequendis.

D. BARTHOLOMÆO à PAN-  
HUYs, Domino de VOORN, Fratri aman-  
tissimo,

*Hanc Iuridicam disputationem,*

D. D. D.

CASPARUS à PANHUYs

*Resp.*

DISPUTATIO UNDECIMA  
DE APPELLATIONIBUS.

*Resp. CASPARO à PANHUYSEN*

THESIS I.

**S**ententia aut nulla dicitur, aut re-scinditur. Nulla dicitur, cum vel ab incompetentे judice lata est, vel contra solitum judiciorum ordinem, vel per fōrdes & turpitudinem, vel ex falsis allegationibus & testimoniis, vel contra leges, vel absque condemnatione certā &c. l. 1. 2. 3. 4. C. Si a non comp. jud. l. 4. C. de Sent. & interloc. l. 7. C. Quand. prov. non est nec. l. 2. C. Si ex fals. instrum. l. 33. D. de re judic. l. 75. D. de jud. l. 19. D. de appell. l. pen. & ult. C. de sent. que fin. cert. quant. prof.

II.

Querelam nullitatis definiunt, imploratiō-nem officii judicis, pro declaranda sententia nulla; etiamque terminant spatio annorum xxx. Vant. de nullit. sent. tit. 1. n. 2. Mar. de ord. jud. part. 6. de sent. n. 154. Ferrar. tit. 21. glos. 4. n. 4. & 5. Non rectē: quin si ad leges aspicimus, ita se res habet. Si adversus actorem lata sententia sit nullius momenti, perseverat is agere veteri actione; cui si opponatur exceptio rei ju-

E e dicatae

dicatæ, replicandum de dolo : Sin adversus reum, actionem rei judicatæ elidet oppositâ doli mali exceptione , l. in sententiis 59. §. ult. **D.** de re judic. l. 1. **C.** de sent. & interloc. l. 4. & 6. **C.** Quom. & quand. jud. sent. l. 6. **C.** Quand. prov. non est necess. l. 2. §. & generaliter l. si procurator q. **D.** de dol. mal. & met. except. l. cum à te 25. **D.** de dol. Giphan. ad tit. **C.** de appell. pag. 302. Est igitur interpretum commentum querela ista.

## III.

Quo obtento supervacua futura est quæstio, qua quæritur, quis sit competens judex querelæ nullitatis: nec satis accuratè responsum ; si ordinarius judicaverit, in potestate esse ejus, contra quem judicavit, utrum apud eundem, an judicem appellationis experiri velit. *Vide Gail 1. obs. 127. n. 5. Myns. 5. obs. 92. Ferrar. d. tit. 21. glos. 4. n. 6.*

## IV.

Sequitur etiam errasse eos , qui vel scripserunt, pendente nullitatis quæstione, sententiam nihilominus posse mādarī executioni: vel distinxerūt, utrum de nullitate agatur per querelam, an exceptionis modo: Exceptio utrum altiorem indaginem requirat , an probari intra breve tempus possit. *Vide Covar. pract. quæst. 24. n. 6. & quæst. 25. Rebus. de sent. exec. art. 7. glos. 10.*

*Vant.*

Vant. de nullit. tit. Quot & quib. mod. null.  
prop. pos. n. 29. & seqq. Myns. 4. obs. 64. Gail.  
d. obs. 127. n. 10. & obs. 144. n. 6. Wurms. tit.  
24. obs. 34.

## V.

Si & secunda, & tertia sententia nullæ sint,  
an adhuc de nullitate queri liceat, controverti-  
tur. Nos ita existimamus, tametsi à tertia sen-  
tentia appellari non possit, *I. un. C. Ne lic. in  
un. ead. caus. teri. prov.* nihil tamen obstare,  
quominus & adversus tertiam excipi de dolo  
possit. Confer *Glos. in clem. ut calumnis, de sent.*  
& *re jud. Bald. in d. I. nn. n. 2. Covar. a. quest.*  
*25. Zaf. in l. 4. §. condemnatum D. de re jud.*  
*n. 3.*

## VI.

Rescinditur sententia per integrum resti-  
tutionem, per supplicationem, per appellatio-  
nem. Per integrum restitutionem rescinditur,  
non solum lata adversus minorem, sed & adver-  
sus majorem. Adversus hunc si indefensus con-  
demnatus sit; adversus illum si defensus. Nam  
adversus minorem indefensum lata est ipso jure  
nulla *l. 1. 4. & tot. tit. C. Si adv. rem jud. l. 1. C.*  
*Quib. ex caus. maj. rest. l. ult. D. de in int. restit.*  
*l. 4. C. de procur.*

## VII.

Restituunt autem in integrum, adversus peda-

neorum sententias magistratus: adversus magistratum sententias illi, qui par aut majus imperium habent. Quid si princeps sententiam dixerit? Perrarò restituit eum, qui per infirmitatem ætatis captum se dicat, dum ea, quæ pro causa sunt dicta non allegat, vel ab advocatis proditum se queritur, l. in cause 16. §. ult. l. 17. & 18. l. præses 42. D. de minor. l. 1. §. ult. D. de off. præf. præt. Cuj. in d. l. 16.

## VIII.

Per supplicationem rescinditur sententia Præfecti prætorio. Cum enim vice sacra judicet, absurdum visum est, appellatione interposita, de iniuritate sententiæ ab eo prolatæ queri. Offerendus igitur libellus supplex, quo quis, non ob iniuriam, sed errorem retractari sententiæ petat, l. præfecti 17. D. de minor. l. un. C. de sent. præf. præt. l. un. §. 1. D. da off. præf. præt. l. 35. C. de appellat.

## IX.

Supplicatur autem, non solum principi, sed & ipsi præfecto, vel consiliariis ejus. Et vel intra dies decem à tempore latæ sententiæ computandos: vel post dies decem. Priore casu non mandatur sententia executioni, nisi dato fidejussore, si sententia retractata fuerit, restitutum iri rem, cum augmentis legitimis. Posteriore mandatur executioni absque fidejussore, nov.

119. cap. 5. ubi C. juc. n. c. m.

## X.

Et licet in una eademque causa semel iterumque appellare fas sit d. l. un. D. Ne lic. in un. ead. caus. tert. prov. supplicare tamen non nisi semel licet l. s. C. de prec. Imp. offer. nisi fortè dixeris posse iterum à principe malè informato, ad melius informandum, arg. l. minor 18. D. de minor. Verum id nuspiciam scriptum est, meritoque absurdum censuit Gail l. vbs. ult.

## XI.

Per appellationem rescinduntur sententiæ eorum judicum, qui sunt infra prefectum prætorio. Est enim appellatio nihil aliud, qnam quæla non acquiescentis iniquæ sententiæ minoris judicis. Appellatur quidem etiam à nominacione ad honorem, munusve publicum l. i. C. de temp. appell. l. i. D. de vac. & excus. mun. ab inductione gravioris tributi, nov. 128. cap. 7. Sed in primis à sententiâ.

## XII.

Sententiæ appellatione definitivam complectimur: interlocutoria enim non propriè sententia est, nec ab ea appellatur; nisi cum damnū ejusmodi continet, quod definitiva corrigi nequit l. i. §. i. D. de appell. l. 2. l. & in multis 25. l. oparet 36. C. eod. l. 2. D. de appell. recip, l. i. D. Quand. appell. sit. Vide Cuj. in par. D. de app-

## XIII.

Fingamus provocatum esse ab interlocutione, judex appellationis, ubi pronunciaverit, an quæstionem principalem ad eum, à quo provocatum est, remittere debet? Distinguunt Dd. Confirmans remittere debet: infirmans interlocutionem prioris judicis, non item. *Covar. pract. q. r. a. f. 9. n. 5. Gail. 1. obs. 131. Hart. ab Epp. tit. 19. obs. 12.* Probabilius est utroque casu quæstionem principalem remittendam esse, *arg. d. l. o. portet 36. C. de appell. d. l. 1. D. Quand. appell.*

## XIV

Dividunt appellationem in judicialem & extrajudicialem. Illa fit ab actu judiciali: hæc ab extrajudiciali. Illa causam appellandi veram requirit: ista probabili contenta est; ut si timeam turbari in possessione alicujus rei, et si turbatus neccum sim, appellare possum &c. *Rebus. de appellat. in pref. n. 52. & seqq. Wurms. tit. 24. obs. 9.* Verum hæc divisio canonico magis, quam civili juri consentanea est.

## XV.

Appellat non solum dominus, sed & is cuius interest, & procurator, tutor, curator. Quin hi officii causa non solum possunt, sed & debent appellare, appellationemque interpositam prosequi *l. 4. §. 2. & seq. l. 5. §. pen. & ult. D. de appell.*

*l. 2.*

I. 2. D. An per al. caus. appell. red. pos. l. si bonam 11.  
 C. de admin. tut. l. invitus 17. C. de procur. l. 46. §.  
 item queritur D. eod. junct. l. 42. D. de minor. l. 31.  
 §. litem D. de neg. gest. l. 8. §. quod & ad actionem  
 D. mand.

## XVI.

Appellat rectè & is cui mandatum est, tametsi priore judicio expertus non sit: item cui mandatum non est, si ratam habeat appellationem ab eo interpositam dominus. Hoc amplius citra mandatum auditur mater in causa filii, maritus in causa uxoris l. 1. D. de appell. recip. l. maritus 21.  
 C. de proc. & generaliter quicunque citra mandatum agere possunt, rectè dixeris & sinè mandato appellare posse Gail. 1. obs. 133. Nomine autem ejus qui ad supplicium ducitur, humanitatis gratia cuivis appellare conceditur, quamlibet reclamat condemnatus volens perire, l. non tantum  
 6. D. de appell. l. addic̄tos 29. C. eod.

## XVII.

An senior in causa vasalli, dominus in causa subditorum citra mandatum appellare possint quæritur? Et est rectè à plerisque responsum, non aliter posse, nisi ipsorum intersit, arg. d. l. 4.  
 §. alio & seqq. l. 5. D. de appell. d. l. 1. D. de appell. recip. Vide Specul. tit. de appell. §. 1. n. 15. Guid. Pap. decis. 464. Gail. 1. obs. 125.

## XVIII.

Non habent jus appellandi condemnati ob cōtumacem absentiam *l. ex consensu 23. §. ult. D. de appellat, l. & post edictum 73. §. ult. D. de judic.* officiales à suo judice condemnati, ob delictum in officio commissum *l. 3. C. Quor. appell. non re-* *cip. malefici, & ii qui manifestam violentiam commiserunt. hos enim statim puniri publicè interest, l. 2. C. cod. l. 16. D. de appell.*

## XIX.

Perdit etiam jus appellandi, qui ei renuncia verit; seu pactus cum adversario, seu ultrò professus fuerit, in judicio tamen, se non appellatum *l. ult. §. ult. C. de temp. appell. l. 1. §. si quis D. A quib. appell. non lic.* Sed hoc ita verūm, si civiliis sit causa, non si criminalis, in primis capititis, ut rectè limitat *Felin. in c. si diligenti de for. compet. & ex eo Rebuf. in proœm. ad const. reg. glos. s. n. 110. & de appell. art. 15. glos. 1. n. 25.*

## XX.

Argumento à pactione desumpto quidam estimant, etiam statuto jus appellandi tolli posse, *Dec. eonf. 533. n. 2.* Verūm nec ratio juris id patitur, & communior opinio rectè reclamat, *Bart. in l. omnes populi n. 24. D. de just. & jur. Zaf. ibid. n. 25. Rebuf. d. tit. de appell. art. 1. glos. 1. n. 8. Wurms. tit. 24. obs. 29. Myns. 1. obs. 14. Gail. 1. obs. 135. n. 12. Peck. in c. quod ob gratiā 61. de R.I.*

Appel-

## XXI.

Appellari non potest à principe, *l. i. D. A quib. appel. non lic.* à consiliariis ejus *l. 34. & l. seq.* *C. de appell.* à Senatu, *d. l. i. §. i.* à præfecto prætorio, ut dictum supra: ab episcopo, si qui eum ultrò judicem optaverint, *l. 8. C. de episc. and.* Potest tamen adversus rescriptum principis appellari ita, si quis dicat, ea quæ principi exposita sunt, aliter se habere *l. i. §. i. D. de appell. junct. l. 2. C. eod.*

## XXII.

Non potest à judice delegato, quem princeps nominatim ista lege dedit, ne ab eo appelletur *l. i. §. ult. D. A quib. appel. non lic.* Cujusmodi tamen legem in causis civilibus duntaxat, non etiam criminalibus valere multi putant: nos in utrisque, cum Pinel, *ad l. 2. C. de resp. vend. in rubr. part. 1. n. 22. Conf. Covar. pract. quest. 23. n. 6.*

## XXIII.

Ponamus datum esse cum clausula, *appellatio-ne remota*, anne queri quidem licet de sententia ejus, quod nullius momenti sit? Nihil adferri video, quamobrem id licere non debeat. *Gnid. Pap. decis. 38. Vant. tit. Quis pos. dic. de null. n. 33. Gail. 1. obs. 135.*

## XXIV.

Ad causas quod attinet, appellari non potest in illis, quæ moram non patiuntur: veluti, ne testamentum aperiatur, ne heres scriptus in pos-

sessionem mittatur, ne frumentum militum in annonæ subsidia contrahatur l. ult. D. de appell. recip. l. quisquis 6. C. Quor. appell. non recip. in re, quam fisco, aut principi deberi evidenter constiterit l. 4. & ult. C. eod. ab executione l. 5. C. eod. l. 4. pr. D. de appellat.

## XXV.

Ea ratione nec in causa momenti, seu momentaneæ possessionis appellatio recipitur, l. un. C. Si de mom. poss. appell. fuer. Variant quidem interpres, dum pars inter summarium & plenarium possessionis judicium distinguunt: alii inter effectum appellationis suspensivum & devolutivum, vide Covar. pract. quest. 23. n. 8. Myns. 6. obs. 13. Gail. 1. obs. 7. Coler. de proces. exec. part. 2. cap. 3. n. 236. Marant. de appell. n. 294. Menoch. adsp. rem. 4. n. 828. & recip. remed. 9. n. 322. Verum repugnat utraque distinctio legibus, est que verius d. l. un. intelligendam de quovis interdicto, seu apiscendæ, seu retinendæ, seu recuperandæ possessionis. l. 8. C. und. vi. l. 3. C. de interd. l. 14. C. de agric. & cens. l. 22. C. Theod. Quor. appell. non recip. l. ult. C. Quor. bon. l. 13. C. de rei vind. Rauchbar. part. 2. quest. 6. Contard. in d. l. un. in intel. n. 4. Donel. 28. com. 6. Adde Sarmien. 2. Sel. interpr. 13. n. 9. Menoch. retin. poss. remed. ult. n. 48.

## XXVI.

Porr̄d, quod Paulus respondit in d. l. ult. D. de appell.

appel. recip. non posse appellari, ne scriptus heres  
 in possessionem inducatur, id haud dubiè intelle-  
 xit de missione ex edicto D. Hadriani: quo anti-  
 quato, cum missio fiat ex l. ult. C. de ed. D. Hadr.  
*toll.* an appellare liceat, quaeritur. Verius est,  
 nec hodie appellari posse, *arg. d. l. lvi. D. de appell.*  
*recip. d. l. nn. C. Si de mom. poss. d. l. quisquis C.*  
*Quor. appell. non recip. Corvar. d. quest. 23. n. 8. vers.*  
*tertia conclusio Menoch. ad i. poss. rem. 4. quest.*  
*100. n. 828. Wurms. tit. 24. obs. 12. Hartm. iii. 19.*  
*obs. 24.*

### X X V I I .

Si sententia secundum jusjurandum alteru-  
 trius litigatoris data sit, an alter ab ea appellare  
 potest? Distinguendum arbitror: Si à parte de-  
 latum jusjurandum præstitum sit, aut sit conde-  
 mnatus qui relatum recusavit, cessat appellatio:  
 Sin delatum quis recusaverit, & ob id sit conde-  
 mnatus, aut à judice delatum fuerit, provocatio-  
 ni locus est. Ei utique qui detulit, sive præsti-  
 tum, sive recusatum fuerit, appellandi potestas  
 de negatur, *I. pen. §. 1. 2. & 3. C. de reb. cred. & ju-*  
*rej. sub. Donel. in com. Hotom. ibid. Fach. 1. coñtr. 23.*

### X X V I I I .

Si omiserit judex condemnationem in expen-  
 fas, & victus appellat, non est necessè, ut victor  
 quoque impensarum & damni nomine appellat,  
 cum judex appellationis, quod priori sententiæ

denda sunt, nov. 126. cap. 3. quibus judex addere potest relationem, appellans refutatorias preces. d. l. eos 6. §. ult. C. de *appel.* Neque enim relationum usus tollitur per nov. 125. Sed ea tantum relationis species, qua judex principem consulit, quemadmodum judicare debeat. *Pat.* in *Isag. C. cod.*

## XXXV.

Impetratis dimissoriis introducenda est appellatio; Si princeps appelletur ex locis remotioribus, puta Ægypto, Lybia, orientali tractu, usque ad utrasque Cilicias numerando, intra annum: si ex propioribus, intra novem menses. Quod si à delegatis appellatum fuerit, intra menses quinque l. 2. l. ult. C. de temp. *appel.* nov. 82. cap. 6. quibus temporum spatiis etiam feriati dies computantur l. 1. C. de fer. In illis autem causis, quæ more sacrarum consultationum ventilandæ sunt, sub communi audientia procerum sacri palatii, olim biennium, hodie annus præstituitur d. l. ult. §. in his autem causis.

## XXXVI.

Nec quovis die horum temporum appellationum causæ (exceptis illis, quæ in sacro consistorio ventilantur, l. ult. C. ub. Sen. vel claris.) agi possunt, sed observandi sunt dies fastales. Fastales sunt, cum ex locis remotioribus appellatur, post sextum, septimum, octavum, nonum: cum ex

ex proprioribus post tertium, quartum, quintum, sextum mensem primi quique dies, adjunctis quatuor præcedentibus, & quinq; sequentibus. Quibus elapsis intra tres alios menses reparatio appellationis impetratur à principe. Cum verò à pedaneis judicibus appellatur, post secundum, tertium, quartum, quintum mensem primi quique dies fatales sunt, nec datur reparatio à principe, d.l.2. & nli. C.de temp.appel.

### X X X V I I.

Hæc tempora si observata non fuerint, appellatio pro deserta habetur, ipsoque jure sententia confirmatur. Quod si cesset appellator provocationem inroducere, potest victor diem præferre, atque postulare, ut appellationis causa etiam absente adversario peragatur l.ult. §. illud C. de temp. appell. l. ult. C. Quand. prov. non est neces.

### X X X V I I I.

An prorogari possint dies farales compromisso, vel expressa partium conventione quæsum est? Rectè id affirmavit communis schola: firmatur enim per l.ult. §. ult. C. de temp. appell. nov. 93. cap. 1. l. un. C. Theod. de dilat. ex conf. clem. quæsum de appell. Guid. Pap. quest. 115. Marant. part. 6. de appell. n. 236. Myns. 2. obs. 68. Gail. 1. obs. 140. n. 8.

Quæ-

## XXXIX.

**Quæsitus** etiam , an adversus lapsum fatalium in integrum restitutio impetrari possit ? Benignius dixerimus posse : non solum à minoribus , sed & à majoribus ex justa & inevitabili causa , arg . I . ult . § . illud etiam C . de temp . appell . I . 7 . § . pen . & ult . D . de minor . I . ult . D . de in int . rest . Gail . 1 . obs . 143 . Idemque de descendio , intra quod appellandum , non male affirmaverimus Sand . lib . 1 . tit . 13 . defin . 2 . Diff . quod ad majorem Giph . m . tit . C . de appell . pag . 301 .

## XL.

Ubi ad judicem appellationis ventum fuerit , litigatorum est item contestari , reddere causam appellationis : allegare etiam , quæ priore judicio minus expressa putaverint . Possunt & novas probationes adferre , dum tamen ad novum capitulum non pertineant , sed ex illis orientur , & illis conjunctæ sint , quæ apud anteriorem judicem fuerunt proposita , l . eos 6 . § . 1 . & 7 . l . hi qui 7 . l . ult . § . 1 . C . de appell . l . pen . C . de temp . appell . Donec 28 . com . 8 . Hart . Pistor . lib . 4 . quæst . 23 . n . 41 . & seqq . & quæst . 24 . Diff . quod ad testium productionem Farm . de testib . quæst . 75 . cap . 7 . n . 308 Guid . Pap . quæst . 14 . & 347 . Myns . 1 . obs . 4 Gail . 1 . obs . 105 .

## XLI.

An etiam jurare de calunnia litigatores debent

bent? Id olim adfirmavit Ioannes, ejusque sententiam usus probat *Gail. I. obs. 85. n. 5.* Nega-  
verunt Placentinus & Azo, quorum sententia  
juri magis consentanea est, *arg. l. un. C. Ne lic. in  
un. ead. caus. tert. prov. l. proponebatur 76. D. de jud.  
Giph. in l. 2. C. de jurej. pr. cal. praest. pag. 137.*

## XLII.

Controvertitur quoque an mutuę petitioni in  
appellationibus sit locus? Verius est, non esse  
locum, quia victor non sponte, sed necessitate  
compulsus it ad judicem appellationis; & *arg.  
nov. 96. cap. 2. Bar. b. in auth. & consequenter C. de  
sent. & interloc. Zaf. in par. D. de jud. n. 47. Wurms.  
tit. 12. obs. 7. Sand. lib. 1. tit. 6. defin. 1.*

## XLIII.

Si pendente appellatione deceperit provo-  
cans sine herede, evanescit appellatio: Sin he-  
res existat, ita demum appellationem prosequi  
tenetur, si cuius interficit: ut quia causa est pecu-  
niaria, aut de bonis confiscandis *l. un. D. Si pend.  
appel. mors contig.* Quod si moriatur pendente  
appellatione is, contra quem appellatum est, he-  
res ejus respondere debet *l. ult. C. eod.*

## XLIV.

Iudicis est cognoscere, judicare: idque se-  
cundum leges, quae tempore latę sententiæ ob-  
tinebant, *nov. 115. cap. 1.* Si causæ appellationis  
intra præfinita tempora redditæ fuerint, secun-

dum earum merita feret sententiam: Sin minus, prius judicium confirmabit propter contumaciam negligentiamve appellatoris; vel potius ipso jure confirmatur *l. 2. §. ait. l. ult. §. 1.* & *4. C. de temp. appel. l. si contra 8. C. de appell. vid. Rebuf. de appell. art. 5. Gail. 1. obs. 137. & 138.* Peccatum etiam *L. librarum auri infliget ei, qui malam lit- tem appellatione fuerit prosecutus l. eos 6. §. ne temere l. à Procas. 19. C. eod. l. 5. in fin. C. Quor. ap- pet. non recip.*

## XL V.

Si à parte duntaxat sententiae appellatum sit, an judex appellationis eam quoque corrigere potest, à qua appellatum non est? Potest: id enim evincit *l. ult. C. de appell. l. ult. C. Quand. prov. non est n. c. Bald. & Dd. in d. l. ult. de appell. Mod. Pistor. part. 1. quest. 22. & quest. 151. Moller. 4. semestr. 35.*

## XL VI.

Iudicis etiam est providere; ne quid pendente appellatione novetur, sed integra omnia appellatori serventur in eum diem, quo pronuntiatur fuerit *l. un. D. Nib. nov. appell. interpos. l. 3. 12. 13. C. de appell. l. 6. D. de appell. recip. l. 1. C. de bon. pos. sec. tab. l. 7. §. ult. D. ad SC. Turpil.* Exceptiuntur causæ quædam, quæ & pendente appellatione executioni mandantur: ut si quis ob plura crimina condemnatus, propter levius appella- verit,

verit, d. l. un. causa alimentorum arg. l. 8. D. de  
alim. leg. l. 2. §. frumentariae D. de admin. rer. ad ciu.  
pert. nov. 88. vid. Specul. tit. de appell. §. novissi-  
mè, Castrens. in d. l. un. Sand. I. tit. 13. defin. 4. Re-  
bus tract. de sent. exec.

### XLVII.

Si quid extra causas exceptas innovatum fue-  
rit, revocandum est. Quo tempore revocatio  
postulari debet? Speculator d. §. novissime, Bald.  
conf. 245. putarunt esse id faciendum ante quam  
appellationis lis contestetur. Verum sententia  
corum cum legibus destituitur, tum ratione ca-  
ret; meritoque contrarium secuti sunt judices  
Rotæ decis. 57. & 585. Covar. præl. quæst. 23. n. 3.

### XLVIII.

Finienda est appellantoris causa intra annum  
vel biennium, computandum ex eo fatali die,  
quo appellatio introducta est. Indulgetur autem  
biennium tunc, cum quis queritur per judicem  
stetisse, aut aliud inevitabile impedimentum,  
quo minus intra annum causa perageretur, d. l.  
ult. §. illud etiam C. de temp. appell. nov. 49. cap. I.  
nov. 126. cap. 2. ub. Cuj. in com. & tract. de div.  
temp. & term. cap. 16.

### XLIX.

Peracto appellantoris judicio utrius est exc-  
utio, judicis à quo, an qui appellatus est? Di-  
stinxit Hostiensis, eumque sequutus Cuj. 20. obf.  
36. Con.

36. Confirmata priore sententia, judex à quo appellatum est, si jurisdictionem habeat, rem judicatam exequitur: rescissâ verò, judex appellationis. Rectius alii sinè distinctione judicem appellationis executorem faciunt, arg. l. 19. l. 32. §. in his autem C. de appell. Bartol. ad l. 6. §. 1. in fin. C. eod. & in l. 40. §. 1. de pact. Accurs. in d. l. 32. Guid. Pap. quest. 436. n. 43.

## L.

Si plures una sententia condemnati fuerint, omniumq; una & cadem fuerit defensionis causa, uno appellante, victoria ejus reliquis quoque prodest l. 3, §. 1. l. 10. §. quotiens & §. seq. D. de appell. l. 1. & ib. Dd. C. Si un. ex plur. appell. Quid si tertius aliquis appellaverit, ob id, quod sua intererat, an victoria ejus prodest condemnato? Ita videtur, si modo hoc quoque casu, una utriusque sit defensionis ratio, Gail. 1. abs. 122. n. 7. Eodemque argumento & domini appellationem subditis prodesse; non malè dixeris. Vide eund. abs. 126. Hart. Pistor. lib. 1. quest. 47.

DISPU-